Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ihm adsummum sacerdotem. & conuenerunt
omnes sacerdotes. & scribe. & seniores. Petrus
autem alonge secutus est eum. usq; intro in
atrium summi sacerdotis. & sedebat cum mi
nistris. & calefaciebat se adignem. Summi
uero sacerdotes & omne concilium quere
bant aduersus ihm. ut eum morti tradent.
nec inueniebant. Multi enim testimoniu
falsum dicebant aduersus eum. & conue
nientia testimonia non erant. Et quida
surgentes. falsum testimonium ferebant
aduersus eum dicentes. Qm nos audiuimus
eum dicentem; ego dissoluam templum
hoc manufactum. & post triduum aliud
non manufactum edificabo. Et non erat
conuenens testimonium illorum. Et exur
gens summus sacerdos in medium. interro
gauit ihm dicens. Non respondes quic
quam ad ea que tibi obiciuntur abhis.

R m clxxxviii.
IIII
m ccc vii.
ϕ clxiiii.

R m clxxxviii.
II
h ccc viii.
L ccc v.

testimoniu.

R m c xc
VI
h ccc viiij

XIII.